



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Mutuare ex pacto ut fiat quod debetur ex charitate, num. 9.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

8. Duxi iterum (ex mera liberalitate) nam proh quam periculosest, cum antea solum fuerit ex charitate, si haec petitio vel pactum sit ante mutuum degeneret in obligationem! nam propterea dictum modò est (per se, & speculatiuè) in praxi enim omnino explodendum est ejusmodi pactum, vel præcedens petitio, quamvis signis & imperfectis verbis insinuata; quia haec in praxi notant obligationem &c. Quod si in eas pactum obligans mutuatarium, ut omnino det aliquid ex gratitudine, clara e est usura, quiaclare superaddis obligationem; & merito Valentia f docet, esse illicitum, in mutuo petere, quasi ex justitia, amorem & benevolentiam, quia ex mutuo non debetur amor, nisi ex debito moralis & libero, non ex obligatione, multo igitur magis erit usura, mutuare cum pacto, ut mutuarius frequenter tum molendinum, ut emat à tali officina merces, &c. quia haec essent gravamina supra sortem.

e Laym. l. 4. tr. 10. de Simenia. c. vlt. §. n. 2. & Val. t. 3. d. 4. q. 22. p. 2.

Mutuare cum pacto, ut fiat, quod debetur ex charitate.

9. Colligo secundò, an liceat pacifici, ut mutuarius soluat, seu faciat, quod debet ex charitate. Medicus v. g. ex charitate debet mederi pauperi infirmo, si non si alius, qui medeat; Medico igitur huic licetè possumus dare mutuum, ea lege, ut ultra sortem ei pauperi opem ferat? respondeo, licetè ex Molina, g, illicetè & injustè tur, quos mutuarius spoliare potest, ex Navarra h. Ratio huius est, non verò de his Turcis inter Christianos, sic adderemus onus ex justitia, nos sub captiuitate degentibus, in quos nullum

g. Molin. d. 509. Caramuel. lib. 2. theo. mor. n. 736. h. Navarr. lib. 3. c. 2. n. 351.

Mutuare cum pacto, ut fiat, quod debetur ex justitia; ubi

An liceat Christiano, dare Turcis ad usuram?

10. Sed quid, si pactum sit, ut fiat id, quod ex justitia quis debet? debet v. g. Petrus tibi 50. potesne illi mutuare alia 50. cum pacto, ut soluat centum? respondeo, posse i: quia tunc non potes illa 50. ex vi mutui, sed ex vi justitiae, ante mutuum; hinc addit Navarra l, te posse mutuare cum usura ei, cum quo bellum justum geris; sicut enim vi & bello illum spoliare potes, ita & usuram.

i. Mol. ib. Dicast. l. 2. de just. tr. 10. d. 2. dn. 3. n. 82. l. Navar. ib. n. 146.

11. Quædam matrona subministrabat hic Panormi pecuniam cum usura Turcæ cuidam, prætextu, quod in Turcas nos justum bellum habemus, ut illi nescio quis Confessarius posse insinuaverat. Profecto si Confessarius indoctus fuit, errauisse mirum non est: si doctus, Navarra dictum debuit expendere, qui de hostibus loquitur, ex Molina, g, illicetè & injustè tur, quos mutuarius spoliare potest, ex Navarra h. Ratio huius est, non verò de his Turcis inter Christianos, quia sic adderemus onus ex justitia, nos sub captiuitate degentibus, in quos nullum

